[[Probabilius tamen puto Modos non principales habuisse speciem alteram mutatam tamen per coniunctionem sic

[Doni, Aduersaria Musica F, 17r,2; text: Hypodorius, A, [sqb], C, D, E, F, G, a, b, re, mi, fa, sol]]]

Probabilius puto Hyperastium Habuisse hanc speciem quae eadem est cum Hypolydia sed in diuersis chordis paulumque mutatis a chordis Mixolydij quapropter potuit dici Mixolydus acutior

Iastium etiam probabiliter puto habuisse speciem 12 quae est Dorij diuisa arithmetice etiamsi Iastius uocetur [[g]] ab Aristoxeno grauior Phrygius Hyperphrygium uero habuisse speciem 4. Idest Phrygij Arithmetice diuiso Itaque 13 Modi has species habebunt

[Doni, Aduersaria Musica F, 17r,3; text: Hypodorius, Hypoiastius, Hypophrygius, Hypoaeolius, Hypolydus, Dorius, Iastius [Ph ante corr.], Phrygius, Aeolius, Lydus, Mixolydus, Hyperastius, Hyperphrygius, Arithmetice, in chordis b b, Harmonice, arithmetice, [[Hypoaeolius]], [[Arithmetice]]

[-<f.17v>-] Notandum est Hyperastium quem ponimus inter chordas b b differre ab Hypolydio etiam [[sic]] si F f eadem habent interualla: nam in Hyperastij modulationibus cum b b id est a coniunctione transitus fiebat ad disiunctionem id est [sqb] [sqb] [[t<.>]] modulatio acciebatur semitonia et mutabantur extrema. In Hypolydio uero F F cum transibant ad coniunctionem non mutabantur extrema

Valde mihi probabile fit Nullum ex septem praecipuis modis diuisionem habuisse Arithmetice sed omnes Harmonice quod ex eo fit uero similius quod Hypodorius Chromaticus et Enharmonicus non potest habere Diatessaron infra et Diapente supra sed contrario modo habent Superiores seu acutiores uocari possunt Phrygius Lydus seu Mixolydus

Medius Dorius

Inferiores seu grauiores Hypolydus Hypophrygius Hypodorius

De modo B b sic Glareanus libro secundo capitulo 15 B clavis ommissa est quod in ea rarius cantus finiuntur si tamen in ea inueniantur ut postea extremi ostendere conabimur ij cantus erunt Hyperaeolij ac Hypophrygij duorum Modorum [[ad]] a posteris adiectorum et cetera Non inepte ait Glareanus Nonam Musam Calliopen significare symphoniam ex [[alij]] pluribus uocibus conflata itaque existimo per octo musas significari octo phthongos lyrae seu Diapason Diuersam earum naturam significari per octo [[s]] modos qui singulas ex ijs habent chordas proprias

Hic oro Musarum et caelorum est Glareani sed probabilior est qui sequitur

Firmamentum Vrania

Saturnus Melpomene Hypodorius

Mars Hypophrygius

Sol Phrygius

Venus Erato Hypolydius

Mercurius Lydius

Luna Thalia Mixolydius

Clio. Luna Mixolydius

Euterpe Mercurius Lydius

Thalia Venus Hypolydius

Melpomene Sol [[Dorius]] Phrygius

Terpsichore Mars Hypophrygius

Erato Iuppiter Dorius

Polymnia Saturnus Hypodorius

Vrania Firmamentum Hypermixolydius

Calliope totum caelum

Diapason

Panarmonia

[<f.18r>-] Plinius Pythagoram ait caelis haec interualla dedisse quae sunt in systemate chromatico ut obseruauit Zarlinus alij enim mentem eius loci non sunt assecuti. Vide Glareanum libro 2. capitulo XIII.

[Doni, Aduersaria Musica F, 18r; text: [[Terra, Luna, Semitonium, Mercurius, Venus, Trihemitonium, Sol, Tonus, Iuppiter]], Terra, Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Iuppiter, Saturnus, Firmamentum, Semitonium, Tonus, Trihemitonium, Quibus interuallis hae chordae possunt assignari, A, [sqb], C, C #, E, F #, G, G #]

Si per sescuplum acciperetur Thrihemitonium ut nos hic facimus conficeretur diapason ex septem Tonis quod est absurdum sin enim accipiantur tres dieses [[(qu)] ut facit Glareanus qui dedrantem toni facit conficiuntur tantum 22 dieses non 24 ut oporteret

Cum Dorius Glareani sit uere Phrygius et contra nil mirum si ille dixerit Phrygium tristibus conuenire potius Dorium uero bellicis libro 2. capitulo 11

[Tou Phrygiou to entheon] et [tou Lydiou to bakkhikon] apud Lucianum in Harmonide accipiendum est sic Phrygio tribuitur entusiasmus seu impetus quidam audaciam et furorem insprians Lydio impetus alacritatis potius et laetitiae quod exprimit illud [to bakkhikon]

Non mala est rem [[<...>]] quam affert Glareanus quod Boethius (ita et Graeci) primam Diapente speciem posuerit Mi la quod inter immobiles chordas sita sit

Glareanus genera [[Diatoni]] chromaticum et Enarmonicum deplorata uocat

[[Consentaneum est Diapente et Diatessaron easdem extremas habere syllabas quare (dando praecipuis septem modis diuisionem harmonicam ut certo credimus ueteres fecisse) hypodorij [hypodorius ante corr.] diapente erit]]

Hypodorij diapente Re mi fa sol la Diatessaron mi fa sol la

Hypophrygij Diapente Vt re mi fa sol Diatessaron Re mi fa sol

Hypolydij Diapente Fa sol re mi fa Diatessaron Vt [fa infra lin.] re mi fa

[-<f.18v>-] Dorij [Diapente add. supra lin.] Mi fa sol re mi Diatessaron Mi fa sol la

Phrygij [Diapente add. supra lin.] Re mi fa sol la [Diatessaron] Re mi fa sol

Lydij Vt re mi fa sol

Vt re mi fa

Mixolydij [Diatessaron add. supra lin.] Mi fa sol la

Diapente Mi fa sol re mi

Incongruum uero non est ab extremis modorum chordis tam diapente quam diatessaron utrobique modulatos esse ueteres: neque id mutationem modi appellatam fuisse: uidemus enim aurium iudicio naturam modorum per hoc non uariari quare hoc firmiter tenendum est

Non è uero che Tolomeo ponesse sette Tuoni per accomodarli a 7 pianeti: ma perche cosi ricercaua la natura della musica

Antiquorum Hypodorius (id est tempore Aristotelis) uidetur constitisse [[4]] septem phthongis inter A et G: quare non habuerit antistrophum id est octauam

Pariter Hypophrygius inter G et A

Non è fuor di proposito il dire che ragioneuolmente gl' Aristossenici ordinassero i loro XIII Tuoni conceterati insieme co' medesimi interualli da A ad a: non ne seguendo da questo che fossero tutti simili saluo che nell' intentione: perche poteuano far' cadenze in diuerse corde secondo la uarietà et propria loro differenza: come anco si fa nel metodo Ptolemaico

Conijci etiam potest Hypodorio proprie tribui consueuisse [[spec]] diuisionem Harmonicam quod Arithmetica magis conueniat Hypomixolydio: nam cum haec sit tristior magis conuenit Modo [qui add. supra lin.] ut in nomine ita in re participare debet naturam Mixolydij

In illo loco Plinij ubi ait Ita septem Tonos effeci quam Diapason Harmoniam uocant [[et]] et caetera puto in assignandis interuallis secutum illum imperitum aliquem qui [[digno]] non bene dignouerit plures significatus Toni putauit enim Septem Tonorum interualla inter duos extremos phthongos interijci debere cum tamen sex esse debeant atque idcirco ita disposuisse ea interualla Semitoniorum Tonorum et Trihemitoniorum ut Heptatono resonarent extrema: cum uerisimile est accipisse [accipesse ante corr.] Pythagoram hoc systema secundum Diatonum [[Toniaeum]]

Ditoniaeum in quo sunt Toni maiores et dieses (Secundum Pythagoreos id est limmata)

[-<f.19r>-] Glareanus iniuria politjanum uocat rerum ignotarum coaceruatorem libro 2. capitulo 9

Tubae naualis typum apponit Glareanus in quo Ionicum et Hypoionicum in eo aptissime ludi ait (id est Lydium et Hypophrygium) quod notabile est: nam Tubae uere usu uenit

Eiusmodi Instrumentum duas habet chordas quare Dichordum uocari potest ac fortasse ueterem Panduram est

Fulcrum uocari potest in uiolis (l' anima)

Quos uocant psalmi minores id est qui simplicius canuntur [[fere]] sunt Psalmi proprie

Maiores psalmi id est qui [melodesteron] canuntur sunt cantica ut Magnifica Benedictus et cetera

Radere chordas arculo: atterrare, secare, fricare, Destringere
In organo illo [dikhordo] consulto uidetur duas chordas aequalis longitudine ponere sed alteram tanto tenuiorem ut sine ullis tastibus diapason in acutum cum altera sonet
Tria Rhythmorum genera Simplaris
Duplaris
Sescuplus
Male Glareanus Hexachordum maius uocat sextam perfectam minus imperfectum [ita tertiam utrasque uocat infra lin.]
Sextam minore Dorio modo (quem ipse uocat Phrygium) perfamiliarum Glareanus ait Septima utraque non [[pl]] prorsus aspera est dissonantia quia ex duabus consonantijs componitur maior ex diapente et ditono, minor ex diapente et semiditono
Glareanus Tritoni saltum in genere Diatonico inauditum insuauemque esse ait. Verum magis Diatono conuenit quam reliquis duobus generibus
Glareanus libro primo capitulo 7. testatur sic aetatem exoleuisse fere illam usum transferendo in acutiorem uel grauiorem locum clauis: pro quo usurpari cepisse [[additionem]] adiectionem notularum supra ultimam uel infra ultimam lineam
Aliud est Comma musicum aliud lyropoeicum aliud Rhetoricum
Pleraque saltationes ut catharismata quae fidicines Galli in chely psallunt sunt Modi Lydij et Hypophrygij
Rhythmus Choriambicus est [semnos] quoniam leuitas Iambi et Trochaei ex utriusque commistione refringitur
[-<f.19v>-] Hypodorio conuenit Rhythmus potissimum Dactylicus
Hypophrygio [[Paeonicus]] [[uel add. supra lin.]] [Iambicus add. supra lin.]
Hypolydio Ionicus
Dorio Choriambicus
Phrygio Paeonicus [[Anapaesticus]] [[Iambicus corr. in marg.]] [[uel anapaesticus corr. supra lin.]]
Lydio Trochaicus
Mixolydio [[anapaesticus]] [[uel Paeonicus]]
Exemplum quod affert Salinas pagina 272 Rhythmi ex omnibus amphibrachiis multo commodius reducitur ad Anapaesticum hoc modo

[Doni, Aduersaria Musica F, 19v]

Modorum [ethos] Glareanus uocat phrasin
Clausulas [seu pericopas add. supra lin.] melicas [[<...>]] uocat formulas
Vt Hypolydus seruet naturam suam quae mollis est: haud facile incipere debet melos ab ultima chorda inferiori [id est F Fa ut add. supra lin.] si ascendat sed potius a media C. ne initio ponatur gradatio trium Tonorum
Exemplum Dorij Modi in quo interualla et phthongi aliorum modorum apte usurpentur esse potest Dianam tenerae et caetera apud Glareanum pagina 189
Iosquinus missam edidit super uoces musicales. Item Missam ad fugam Item Missam la sol fa re mi
Nihil ineptius ad musicam fingi fere potest quam principium Euangelij Diui Mathaei et tamen Iodocus Pratensis 4 partibus modulatus est apud Glareanum
Antipodismus cum pes pro alio pede ponitur ut tribrachus pro trochaeo

Antipodia uocari potest usurpatio contrariorum pedum ut Iambi et Trochaei
Notabile ualde est in generibus Chromatico et Enarmonico Modos qui in Diatonico Diapente fere habent inferne Diatessaron superne contrarium euenire: itaque Hypolydius Chromaticus et [[Di]] Enarmonius infra habet Diapente Diatessaron supra tantum. Lydio uero contrarium euenit: quare censendum erit Lydium in duobus ijs generibus aptiorem esse luctui quam Hypolydium et minus laetum

Cantus planus uidetur rectius uocari posse Cantus monophonus
figuratus uero polyphonus

Item ille cantus simplex, hic cantus symphonicus

Haec etiam causa afferri potest cur Diatessaron a recentioribus repudiata sit quod ea in organis physaulicis experti essent in quibus cum uoces diu durent consonantiae duriusculae non bene cedunt

[<f.20r>-] Cantus logoaedus proprie accipiendo [[ser]] uocari debet qui parum a sermone recedit ut cantus Psalmorum diebus profestis et cantus uulgaris octastichorum uernaculae linguae.

Differet igitur a Psalmodico quo psalmi diebus festis et cantica canuntur: Et a Rhapsodico qui recitatiuus dicitur

Primi ecclesiastici qui octo Tonos statuerint fortasse de industria ueterem coaptationem illorum respuerint ut cantum sedatiorem facerent nec procliuius esset occasio metabolarum quae cantum magis uarium et ecstasticum efficerent

Etiam si Hypolydius uidetur erectus et alacer si ascendamus ab infima chorda; tamen multo magis eneruis est et mollis si a media ad eandem descendamus quo enim per plena maioraque interualla descenditur eo cantus remissior est

Melodiarum seu cantus praecipuae species Hae quae sequuntur

Rhapsodica (uulgo recitatiua cui adhaeret) cui Logoaedica

Psalmodica (qua cantus Ecclesiastici psalmi cantica Hymnaeque canuntur in templis cui adhaeret

Mixologica (a falso bordone)

Monodica cui adhaeret Scenica uel [logoeides], uel Hypocritica

Asmatica qua cantiunculae [cantiones ante corr.] canuntur uulgo Arie et uillanelle cui adhaeret

Hyporchematica quae canuntur [cantur ante corr.] saltationes (balletti)

Chorica cui adhaeret Chorosymphonica mista ex chorica et [Symphoniastica add. supra lin.]

Symphoniastica qua canuntur Motetti et Matriales cui adhaeret Paraphonistica, (contrappunto a mente)

Magadistica

[<f.20v>-] Rhythmi patrem dicere possumus ordinem, matrem Similitudinem, Materiam motum, formam tempus

[[Iudices]] Aures, Oculos, Tactum dicere possumus Iudices

Iudicem memoriam

Modum uero ipsius proprietatem

Tympanismus [Sympanismus ante corr.] Italicus, Gallicus et cetera Modus pulsandi tympanum Italicum et cetera sed potius ipse [actus pulsandi add. supra lin.] [tympanosis] uero ipsa pulsatio

Antitypia posse esse uocabulum orchesticum

Item pternocopia

Abstragalismus cum tali percutiuntur aut musico pede pedum appulsu

Itelix cum altero pede haec figura describitur [signum]

Ectripsis cum in lusum plausu pedis solum extentur

Prostripsis cum ab ante retrorsum planta pedis solum atteritur

Syntripsis cum duobus pedibus solum atteritur

Hypotripsis

Proscope

Syncope

Diacope

Anacope

Anticope

Pericope uero dici potest [[p]] membrum saltationis

Copanismus cum calcibus alternatim solum tunditur pistillorum in morem

[tympanismos] (ut et [aulema]) est effectus pulsantis tympanum.

[tympanisis] uero (ut et [aulesis]) ipsa actio seu pulsatio timpani

Pedis dextri circumactio, sinistri. Introrsum extrorsum

Flosculus. fioretto

Pedes pariles

Obliquatio pedum

[<f.21r>-] Nulla facultas est quae elegantius tractari possit proprijsque et puris uocabulis (auxilio maxime Graecae linguae) explicari quam musicae. Sed nulla fere hodie nomenclaturas habet magis barbaras et ineptas

Parilis Rhythmus est et simplicis. Imparilis uero diuiditur in duplarem et sescuplum

Tibiae diuidi possunt in [isotretous] quae aequalia habent foramina et [anisotretous] quae inequalia

In [amphitretous] quae utrinque habent foramina id est superne et inferne et [heterotretous] seu [epanotretous] quae superne tantum

Item in [[simpolares]] [simples corr. supra lin.] quae unicum habent ordinem foraminum et duplares quae duos. Et Graece [monostikhous] et [distikhous]

Item in [stroggulotretous] quae rotunda habent foramina et [makrotretous] quae oblonguscula

In holaulares

Geminas

Trigeminas Graece [triaulous]

Bocchino del cornetto buccula, epistomium

Tibiarum quatuor genera notari possunt quae lingulam habent (Pifferi, dolzaine)

quae bucculam ut cerauli 2

quae holmum [et hypholmum add. supra lin.] ut pythauli (flauti) 3

quae orificium ut plaginati

Geminae aliae sunt pares aliae impares

Distomae uocari possunt quae utrinque apertae sunt Item [[[amph]]] amphistomae

Platystomae

Stenostomae

Aliae sunt graciles aliae crassae

Tropae quae tres habent [opas] seu foramina

Tetropae Pentopae Hexopae

Diauli, Triauli tibiae combinatae, seu ternae simul unitae, iugatae

Vmbilicatae [omphalotoi] quae umbilicos habent recipiendis fistulis idoneos

Orthoglossae quae rectas habent lingulas. Plagioglossa quae obliquas

Enolmium uocari potest legillum mortariolo indictum

Passo di corrente [pedetikon bema]

[Epitedesis]

[Katapedesis]

[Propedesis]

[Peripedesis]

Orthismus erectio corporis

Plagiasmus obliquatio

[Skarismos]

[-<f.21v>-] Magadis pentedecachorda insignem [insegnem ante corr.] usum habere potest non modo in generibus musicae sed etiam in Modis si circa medium perpetua magade ducata [[di]] fiant quatuor octochorda pro totidem modis hac ratione

[Doni, Aduersaria Musica F, 21v,1; text: Dorius, Phrygius, Hypodorius, Hypophrygius, tenuiores, crassiores, b, A, [sqb], C, D, E, F, G, g, d, 9, 8]

Potest etiam huiusmodi tetraharmonia sic disponi cum modis metabolicis

[Doni, Aduersaria Musica F, 21v,2; text: Phrygius, Dorius, Iastius, Aeolius, uel Mixolydius, Lydius, [[Lydius uel Dorius, Hypodorius, Phrygius, Hypophrygius]]]

Vel duabus Magadibus sic

[Doni, Aduersaria Musica F, 21v,3; text: Tenuiores, Crassiores, Dorius, Phrygius, Mixolydius, Lydius]

Possunt etiam ambae chordae Paramese et tritae synemmenon in Enneachordo sic locari iungique ut alteram singularum caput alternatim hinc attollatur illinc deprimatur ut quam libuerit psallere possimus prout hunc uel illum locum enneachordi percurrimus sic

[Doni, Aduersaria Musica F, 21v,4; text: [sqb], b]

[-<f.22r>-] In modulationibus horum modorum possunt aliqui phthongi qui in uno desunt ex alio addi exempli gratia phthongus qui sit Tono inferior quam [He] E infima Dorij id est D. sumi potest ex Hypodorio id est C Hypodorij. pro C Dorij (qui sit ditono inferior E) sumi potest b Hypodorij

Vnde enim esse potest hoc instrumentum etiam ut uoce cantillantes experiri possunt mutationes Tonorum: si ad Tonum canentis aptentur deinde [isotonos] canatur siue teretisando siue uerba canendo, non chordarum sonis

[[Po]] Possunt etiam hodie 15 uel 16 chordae sicut diuisae in duas partes sufficere 3 generibus si duobus modis contenti simus alteram parte uni alteram alteri dando ita ut quadrans seruiat exempli gratia Dorio Diatonico altera medietas chromaticjs [chromatis ante corr.] et Enarmonijs chordis eiusdem Toni

Altera uero medietatis dimidium Diatono Iastio: altera dimidium Chromati et Harmoniae pariter Iastiae

Sed commodius aptabuntur duo genera cum duobus modis sic

[Doni, Aduersaria Musica F, 22r,1; text: Diatonicus Dorius, Chromaticus]

In Hac magadile adhiberi potest loco plectri pecten cum cuspidibus pennarum [pinnarum ante corr.] qualis est Ascani Sellani uel duobus primoribus digitis cuspis unica teneri [[bin]] duae uero singulis digitis (quae sint infimae digitalibus medio et pollici

[Doni, Aduersaria Musica F, 22r,2; text: plectridium, a cuspis penna, b penniculus quo sonus supprimitur, c scapus plectridij]

Sambucomagadis uocari potest psalterium Ascanij Sellani

Interualla [maiora] quorum extrema non comprehenduntur extremis duabus chordis cuiusque modi [sed potius alteram comprehendunt add. supra lin.] exharmonia sunt id est (escono dal modo) ut exempli gratia Diatessaron trihemitonium E C est proprium Dorij (concluditur enim inter E et e. Sed Diatessaron ditonus D [sqb] non est propria Dorij comprehendit enim E. Ditoni uero et Trihemitonia quouis modo usurpari posse uidentur an quin ex duobus generibus sunt interualla incomposita? Ideo in hac regula ascripsi Interualla maiora

[<f.22v>-] Hoc alio modo explicari potest. Vt interualla maiora [[<.>]] alterum extremum habeant in alterutra chorda finali uel in alterutra mediarum

Interualla uero Modorum affinium (quae nec propria sunt nec extranea) [[pariter recipiant]] etiam recipiuntur quae utrumque extremum habent in chordis cardinalibus sui modi ut hic uidere licet

[Doni, Aduersaria Musica F, 22v,1; text: [sqb], C, D, E, F, G, A, e, f, g, a, Diatessaron Doria, Diapason Hypodoria, diapente, Hexachordum Dorium, minus, Mixolyd<ium>, minus, maius]

Diapente et Diatessaron modorum affinium usurpari posse non dubito De Hexachordis modorum affinium dubitari potest: et quidem in uoce quae aerem seruant usurpanda non esse puto in alijs concederem

Interualli proprij (che sono dell' istesso modo) familiari (de modi che simbolizano) Stranieri de modi alieni

Corde principali o cardinali sono 4. le due finali et le due mezzane Il fare interualli simili [maggiori add. supra lin.] per uia d' Imitatione non pare che conuenga alla parte che fà l' aria e che canta: ma ne gl' Instrumenti non si disdice

Il maggior Sistema di ciascun Modo non deue passare 14 uoci percioche mettendosi in mezzo la sua ottaua puo di sotto e di sopra arriuare alle corde de modi affini come nel Dorio

[Doni, Aduersaria Musica F, 22v,2; text: [sqb], C, D, E, [signum], F, G, A, c, d, e, f, g, a, Nel Frigio]

[[[Qui]] In systemate uero pentedecachordo Dorij uidetur arbitrarium fuisse supra adjicere [sqb] uel infra A: cum altera chorda sit Mixolydij altera Hypodorij in marg.]

Le uoci estreme d' una progressionem di grado de uono essere delle corde principali massime se non ui è imitatione. Similmente quelle [che add. supra lin.] seguitano le pause.

Quelle che sono più lunghe di tempo

L' ottaua è la gouernatrice della musica come il numero denario del numerare: et perciò essendo la quinta e quarta le sue parti principali e quasi un matrimonio musicale quindi è che la progressionem delle uoci si compone di quinte e quarte si come il numero denario si compone di

pari et impari con questa differenza che la quarta e quinta non si troua se non una uolta il pari e impari 2 uolte

[<f.23r>-] o pure possiamo dire che il pari sia come il Semituono [[il]] l' impari (che è più nobile e maggiore perche il primo numero impari 3 e maggiore del primo pari 2.) il tuono

O Pure si puo dire che si come il denario si compone di maggiore e minore così l' ottava di quinta et 4

O pure si come il denario si compone dell' uno e del zero così l' ottava di quinta et quarta

Due non è arriuata la sottigliezza Greca malageuolmente si può arriuare hoggi

Che il b molle non muti modo di qui è manifesto: che egli non fa altro che trasporre il luogo della quarta e della quinta e non [[pero]] muta le specie come si può uedere

Se i giouani senza tener' conto de gl' otto, Tuoni o 12 si seruiranno de Sette ueri e [reali et add. supra lin.] conosceranno bene la loro natura s' accorgeranno di quanto utile ciò gli sarà et quanta fatica risparmineranno

Dirà alcuno i sette modi si formano dalle 7 spezie della Diapason ma il b molle muta specie dunque muta modo. Rispondo che i modi si formano dalle spezie della diapason intendendo de i modi nel procedere ordinario et più antico che è per [sqb] quadro

Di qui si può concludere che se restando la parte principale in una delle corde finali di quel modo un' altra parte resterà in un' altra corda (purchè sia delle mezzane di quel primo modo) non si potrà dire che esca dal modo o sia d' altro modo

Il medesimo succederà che in qualche studio d' Italia doue i uecchi assuefatti a Bartoli e Baldi non poteuano patire i più moderni e politi scrittori e Duareni: ma i

giouani conoscendo l' eccellenza di questi subito gl' abbracciarono

Del B. molle: percioche componendosi l' ottava di due tetracordi et un' tuono se i tetracordi saranno interi: quel tuono non potrà essere se non in tre luoghi di sotto nel mezzo e di sopra. Se è di sotto restano i due tetracordi di sopra congiunti si che ponendosi il b molle da [[p]] basso si uiene a spingere più alto il tuono fra un tetracordo e l' altro e così si separano: se essendo nel mezzo ui si metterà il b. molle, il tuono si spingerà di sopra et si congiungeranno i due tetracordi Se i tetracordi non saranno interi come succede ne 4. modi fuori del Dorio Missolidio et Hypodorio l' istesso succederà

[<f.23v>-] I Modi che cominciano da mi sono chiamati da Greci Ipatodi cioè Dorio e Missolidio. quelli che da re com il [[Do]] Frigio et sol come l' [[Fri]] Ipofrigio si chiamano lichanoidi. quelli che dal fa et dall' Vt come il Lidio et Ipolidio Paripatoidi. L' Ipodorio partecipa la natura de Lichanoidi et Ipatoidi

Dorio Hypodorio Mixolydio conueniunt chordae aureae et ergenteae et pro aureis fortasse electrinae

Phrygio et Hypophrygio ex aere corithio et argento. Lydio et Hypolydio ex pseudorichalcho.

Mixolydio etiam in acutis phthongiis chalybeae

In Physaulis: Dorio fistulae plumbeae uel lignae. Phrygio stamneae uel argenteae. Lydio argenteae uel aureae

È più naturale nel salire per grado cominciare dal Semituono che dal tuono: e però il Dorio è più bello modo

Connessione de Modi Coaptatio Modorum

In uiolino quantumuis artifex sit ualde peritus uix crediderim omnia interualla exacta fieri posse praesertim in celerioribus Rhythmis et sine auxilio alterius uocis consonantis

Expertus sum tacta quaedam chorda pandurae, funiculum quo speculari chartaceum proxime fenestrate firmabatur quamuis ualde lanum in quodam phthongo illius chordae (non in alio) resonare

[Doni, Aduersaria Musica F, 23v,1; text: [Eta], [Epsilon], [Ypsilon], [U], [Omikron], [Omega], [Iota], [Alpha], A, B, C, D, E, F, G, [omega]]

Modis 7 hae litterae conueniunt

[Doni, Aduersaria Musica F, 23v,2; text: [Omega], [Omikron], [Ypsilon], [Alpha], [Epsilon], [Eta], [Iota], Hypodorio, Hypophrygio, Hypolydio, Dorio, Phrygio, Lydio, Mixolydio]

Cimbala ueterum praesertim Hebraeorum uidentur fuisse satis artificiosa uidelicet ita temperata ut pro uario etiam pulsu, uarios phthongos (non tantum [psophous] ederent Instrumento uulgo dicto scaccia-pensieri quidam ita perite utebantur ut mele saltationum cum eo peritissime ederent

Petrus Heredia expertus est in cubiculo quodam camerato cum chordam quamdam clauichordij tangeret, eum tonum restituere quod alijs chordis non eueniebat nec eidem clauichordio nisi in certo quodam loco

. . . . Metius Alcmarianus qui edidit Institutiones Astronomicas scripsit etiam de conficiendis organis

[<f.24r>-] [Doni, Aduersaria Musica F, 24r,1; text: Diatonicae, Chromaticae, Enarmonicae, [Omega], [Omikron], [Ypsilon], [Alpha], [Eta], [Iota], [signa], A, G, F, E, D, C, [sqb], [iota], [eta], [epsilon], [alpha], [ypsilon], [omikron], [omega]] In octachordo acutiori singulis potest subijci lineola: quintadecima duae lineae ut [Omega] [signa]]

Ratio cur mos uirilis et audax tribuatur potius modo Phrygio quam Lydio haec esse uidetur quoniam Lydius cum sit ditono altior Dorio cui conuenit tonus choricus et naturalis difficile potest cani a uiris uirilem uocem habentibus (quos uocant Tenores) sed potius conuenit mesodis acutioribus, qui ad [[f]] muliebrem uocem accedunt (contraltos uocant)

Contralti sunt [gynaikophonoi]

In harpa non ita multi phthongi ita tangi possunt ut in clauichordio: sed uiceuersa chordae ictae in harpa resonant sine ope digitorum in clauichordij: non elicitur hypechosis chordae nisi tastillus digito prematur

Romanensis saltatio plerumque Rhythmo simplari aptatur qua ratione etiam si quis eam alacriter pulset, duplaris Rhythmi speciem exhibet

Episodium quiddam Marini ex Adonide modulatus est Mazzocchus stilo scenico ac propterea multa uerba mutauit ut in Dramatis formam uerteret

Melos octastichorum uernaculorum hemistichia integra eodem tono uocis enuntiat

In mutationibus Modorum litteris sic uti possemus secundum stylum solitum et secundum antiquiorem

[Doni, Aduersaria Musica F, 24r,2; text: E, [signum] D, e, Dorio, Frigio, et cetera]

Quod si non integre pericopae uersusque sed [in add. supra lin.] singularibus phthongis mutatio fiat sic fiet

[Doni, Aduersaria Musica F, 24r,3; text: Dorio, Frigio, chromatico, [signa]]

[-<f.24v>-] [Omega] [Omikron] et [Ypsilon] uidentur esse unius classis reliquae quatuor alterius: illae tres communicant inter se sono quodam quasi graui et obscuro: quatuor enim pariter inter se communicant sono clariori

[Omega] Conuenit Hypodorij quia tum quia infima est littera ut ille infimus modus deinde quamdam praefert grauitatem tertio ab Aeolibus adamatur illa littera Modus enim Aeolius persimilis est Hypodorio

[Omikron] Phrygio [Phrygibus ante corr.] cum eius sonus barbarum quid redolet: Barbari enim proprie apud priscos sunt Phryges: nulla fere in hunc desinit

[Ypsilon] conuenit Hypolydio propter mollitiem illius soni [[de]] qua de re uide Quintilianum

[Alpha] Conuenit praecipue Doribus qui litteram hanc affectant: tum etiam quia prima et prestantissima uocalium conuenit primo et praestantissimo Tropo

[Epsilon] conuenit Phrygijs ob sonum laetum et exultantem: immo credibile est in lingua Phrygia crebro hanc litteram usurpatam

[Eta] conuenit Lydijs quoniam iones qui in Lydia consederunt hanc litteram praecipue affectant tum etiam quia acutior quodammodo eius sonus est [to] [Epsilon] certe angustior est: uocabula etiam quae extant Lydiaca hanc litteram frequenter usurpant

[Iota] conuenit Mixolydio nam ob eius imbecillitatem et sonum muliebrem tum quia sono acuto uidetur esse et flebili

Diatonum Aristoxeneum seu Isemitoniaeum est corruptio ditoniaei immo olim fortasse usurpabatur pro illo

Diatonum uero Anisemitoniaeum quo utimur in Harpa et Clauichordio est corruptio Diatoni syntoni Ptolemaici

Sicut in metabolis laudabile uidetur uti [[chordis]] phthongis quibusdam alterius modi sparsim prout poematis uerba mutationem affectus requirunt ita ijs uti augmentadum consonantiarum numero tantum non placet: peruetit enim id naturam illius modi

Corruptela generum et Modorum in [[contrarium]] [diuersum corr. supra lin.] abijt nam

Recentiorum Genera nihil aliud sunt quam confusio [[Mo]] illa omnium modorum (id enim fit ex multiplici illa phthongorum diuisione[[]]) ex instrumentis)

[[Mod]] Varietas enim et commistio Modorum falso tribuitur mistioni generum

[-<f.25r>-] [Doni, Aduersaria Musica F, 25r; text: Interualla Harmoniae isemitoniae in Diatono et chromate, Binaria minor, maior, secunda, Semitonium, Semussis toni, Toni, Ternaria, tertia, Trihemitonium, (semiditonus, sesquitonus, Ditonus, Quaternaria, Quarta, Diatessaron, Quinaria, Tritonus, Pseudodiatessaron, pseudodiapente, Distrihemitonium, Semidiapente, Sexta, Diapente, Quinta, Senaria [Septenaria ante corr.], Hexachordum minus, Diapente tonus, maius, Septenaria, Septima, Disdiatessaron, Octonaria, Diapason, Nonaria, Nona, Denaria, Decima, Vndenaria, Vndecima, Duodenaria, Duodecima, Quindenaria, Quindecima, Vigestimasecunda, et cetera, In genere Enarmonio, Diesis, Toni quadrans, Tridiesis, dedrans, Pentadiesis]

[-<f.25v>-] [[Interualla Chromatica et Metabolica]]

Vna Melodia [che sia add. supra lin.] del modo Dorio nella chiaue del Basso

[Doni, Aduersaria Musica F, 25v,1]

messa nella chiaue del Soprano

[Doni, Aduersaria Musica F, 25v,2]

diuenta del modo Ipodorio

per conoscere una modulatione di qual tuono [[sia]] o modo sia conforme la dottrina de gl' antichi non bisogna guardare [[<.s q]] in qual corda finisca il basso et si faccino le consonanze (poiche credo si possa finire non solo nelle finali e proprie di quel modo ma anco nelle mezzane e proprie de modi simbolizanti) ma in tutta la distanza (da alto e basso della modulatione perche se bene le estreme corde cioè la più acuta e la più graue di quella modulatione non saranno le proprie di quel modo (come accaderà se la modulatione passerà l' ottava o non ui arriuerà) tuttauia queste estreme corde saranno molto uicine o di dentro o di fuore alle finali del modo, [[il]] le quali si conosceranno dal farsi in esse [[le cord]] molte cadenze: benche forse le cadenze finali si faccino [[forse]] in qualche corda di mezzo onde in questo esempio le estreme corde della modulatione (che comprende il sistema di 9 uoci) sono sotto A et sopra [sqb] [[[sqb]]]

[Doni, Aduersaria Musica F, 25v,3; text: A, [sqb]]

nel quale esempio supponghiamo che in tutte le corde che hanno la semibreue [Sv] si faccino cadenze (come interuiene spesso) facciasi pur' la finale in qual si sia di loro; dico che per conoscere il modo bisogna guardare all' intentione del Sistema: poiche dalle corde cadentiali non si puo conoscere se non che il modo è uno di questi tre Hypodorio, Dorio o Missolidio; ma quale si sia di questi ce lo dimostra il tuono o connessione che egl' ha fra i sette Similmente nel seguente esempio

[Doni, Aduersaria Musica F, 25v,4]

non si conosce altro se non che egl' è d' uno di questi tre Modi Hypofrigio, Phrigio Lidio, uedendosi che le cadenze si fanno nelle corde G D C ma quale di questi sia lo dimostra l' intentione della uoce

[-<f.26r>-] In quest' altra

[Doni, Aduersaria Musica F, 26r]

due le corde cadentiali sono D G A si conosce che bisogna che la modulatione sia o del Frigio o del Ipofrigio o del Ipodorio ma quale di questi sia ce lo dimostra l' intentione della uoce Poiche per dir' il uero doue in diuerse corde si fanno cadenze pare che bisognì guardare a quelle che s' auuicinano a gl' estremi e non a luoghi di mezzo perche da quelle è più ragioneuole che il modo si differentij

Ma è da notare che doue hoggi dalle cadenze uogliono che si conoschino i Modi gl' antichi li [le ante corr.] conosceuano non solo da quelle ma anco da gl' interualli massime dalle quinte et quarte che secondo le uarie specie si fanno in diuerse corde secondo la natura de modi

Nella connessione de modi antichi quelle lettere che sono l' istesse e parallele in due modi sono uoci interamente unisone: quelle poi che sono diuerse benche si ponghino in spatij par<al>elli non erano unisone se non nel genere isemitonico et

Praeter alias differentias Modorum existimo tres praecipuos Dorium Phrygium Lydium immo Iastium et Aeolium ualde inter se distasse quoad modum canendi [[seu]] id est in modis faciendis Prolepses Eclipses Melismata et cetera

Hodie si editae essent cantiones uulgares quinque harum nationum Italicae, Graecae, Gallicae, Hispanicae, Sicalae (quae praesertim canendi modum diuersum habere uidentur nec barbarum) non difficile fortasse esset quinque ueteres canendi formas seu illius assimiles animaduertere Italicus cantus fortasse conuenit cum Aeolico, Graecanicus cum Dorio.

Gallicus cum Lydio [[Hispanicus]] [Germanicus corr. supra lin.] cum Phrygio. Siciliensis cum Mixolydio, Hispanicus cum Iastio

Le fughe sono di due sorti o quando la quida e' l conseguente fa l' istessa parte o quando in una parte e' la guida e' l conseguente nell' altra

[-<f.26v>-] Absonae uoces dici possunt [hai ekmeleis]

Raucolae uoces id est raucae quae nimium descendunt

Hypodorio ualde conuenire uidentur hae catalogae

[Netodus Mixolydius uidetur ascendere posse usque ad C Hypatodus descendere usque ad A. in marg.]

[Doni, Aduersaria Musica F, 26v; text: 8, 3, 4, 5, Mixolydio hae, 10, 2, 9, 15, 16, 12, 19, 18, 11, Diatessaron, Dorio]

[-<f.27r>-] Cantores Graeci siue ob exercitationem siue ob naturam contentissima uoce canunt, [[multasque uoces in acutum]] et ad acutiores phthongos excurrunt et in uniuersum plurimos phthongos canunt

Ipsorum modus tertius est Lydius siue noster primus

Nelle cadenze si fanno alcuna uolta due ottaue nella penultima et ultima nota andando le parti di grado co' medesimi mouimenti

[Doni, Aduersaria Musica F, 27r; text: [[Dori]] Phrygio hae, 11, 10, 8, 15, 12, Hypophrygio, Lydio, Hexachordum maius, minus, 13. Ditoni, Semiditoni, Hypolydij sed potius [diastaltikos] sic, 14, i2, 3 1, 2, a, [alpha], [omega], G, F, E, D, C, B, A, [Omega], [Omikron], [Ypsilon], [Alpha], [Epsilon], [Eta], [Iota], Dorius, Phrygius, Lydius, Aeolius, Iastius, [signa]]

[-<f.28r>-] Cadentiae sunt duorum generum simplices et cum ligaturis. Item uel in chordis characteristicis Modorum uel in Medijs

Item uel perfectae uel Imperfectae. Perfectae quae faciunt Diapason uel Diapente. Imperfectae reliquae.

Item Diastalticae uel Systalticae. Diastalticae cum uox utraque uel altera dilatatur Systalticae cum coartatur. Hae [[duas]] [plures corr. supra lin.] habent species nam uel utraque synodia dilatatur id est penultima et ultima uel utraque constringitur uel prior dilatatur secunda constringitur uel prior constringitur secunda dilatatur

Item aliae sunt Tropicae. Aliae metabolicae

Item aliae [[sunt]] [fiunt corr. supra lin.] per gradus propinquos aliae per remotos in utraque uoce uel in altera

Aliae sunt aequabiles [aequalibus ante corr.] cum aliquot ultimae uoces utriusque partis idem interuallum inter se tenent.

Aliae sunt Homorhythmae cum reliquo melei aliae heterorhythmae

Aliae sunt directae aliae Reflexae Aliae [circumflexae add. supra lin.] circulares (seu Rhomboides)

Aliae sunt uniformes aliae (intortae seu cum artificiosis flexibus) flexuosae

Catalexis uidetur esse ultima pars meli aliquot uoces comprehendens [[cata]]

[katakleis] uero seu clausula ultimus phthongus seu ultimus et penultimus tantum

Cadentiae potius uocari debent syncatalogae

Aliae fiunt ex abrupto, aliae meditatae id est praeuia preparatione

Cadentiae reflexae aliae sunt aliae

sunt quae tam ascendendo quam descendendo eundem ordinem tetrachordorum seruant uero quae ascendunt quidem per synemmenon descendunt enim per diazeugmenon uel contra

[Doni, Aduersaria Musica F, 28r; text: Cadentiae introflexae, extra flexae, antistrophae, 5, 4]

Versus huius moduli fieri potest Age cuncta nuptiali

Vere tellus condita

[-<f.28v>-] Antisemata Implexa (id est legata) multiformis est holomeres ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,1]

. ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,2]

Alterna ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,3]

Alterna poly ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,4]

Alia monosema ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,5]

Alia polysema ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 28v,6]

In Lydio et Hypolydio potest fieri ditonus [sine signo accidentali #] in procataloga si netodus desinat in chorda characteristicam et praecedens phthongus a proximo gradu ascendat cantando mi fa. sic [sqb] C E F. Ideo etiam hi modi sunt ualde laeti

Vnicuique modo uidetur maxime congruere propria quaedam consonantia Dorio Diapason. Hypodorio Diapente. Mixolydio Diatessaron. Hypophrygio [[Hexachordum maius Phrygio Ditonus]] Hexachordum minus Phrygio Semiditonus. Hypolydio Hexachordum maius. Lydio Ditonus

Dorio Diapason perfectissima consonantia perfectissimo modo: et qui in medio existens omnes continere uidetur ut Diapason continet omnes consonantias

Diapente proxima nobilitate Dorio qui nobilitate consequitur Dorium. Diatessaron [te] diapente antistropha competit modo qui Hypodorio [antistrephetai] competit etiam illi quod supra characteristicas eius chordas Diapente non reperitur sed haec eius loco

Hypophrygio et Phrygio Hexachordum minus et tertia minor quoniam suauitate [[sequend]] sequuntur. Doriacos modos ut hae consonantiae illas tres [[Maior]] porro consonantia conuenit modo grauiori [[maxim]] acutiori (sic enim [[consonantiae s]] synodiae fiunt propinquiores) Hypolydio maxime competit Hexachordum maius consonantia duriuscula modo duriori Diatonus consonantia laetissima Modum omnium maxime alacri

[[Circ]] Antisemasia circumplexa, Ambipleza, Amplexa

Antisemasia isochrona, pseudisochrona, anisochrona

Qua Ditono faciendi gratia in penultimo phthongo netodi # [[Lyd]] hi [Lydiazousi]

Paraphthegma canentis error cum phthongum pro phthongo usurpat uel phthongum quemquam acutius aut grauius quam par est proloquitur

[-<f.29r>-] Il Dorio ha una certa grata seuerità e gioconda mestitia

Il Frigio Ha del patetico et affettuoso assai et dell' ardito et infiammato, e concitato, e s' accomoda alle passioni allegre e meste

Il Lidio e tutto giubbilo et allegria e più atto de gl' altri alle danze, et alquanto crudetto: e del puerile e leggiere

Il Missolidio è lamenteuole femminile, acuto, e similmente crudetto et assaj languido

L' Ipodorio [[è]] ha una maestà gioconda et affettuosa; et certa maturita attrattua, et è più mesto del Frigio

L' Ipofrigio partecipa della natura del Frigio e del Lidio: ma ha più dell' ardito [seuero add. supra lin.] seuero e uirile d' ambidue et ha del minacceuole

L' Ipolidio è allegro, lasciuo, et anch' esso atto alle danze e similmente un poco crudetto

Al Dorio et Hipodorio conuiene l' Enarmonio. All' Hipolydio et Missolidio il Cromatico a gl' altri tre il Diatonico

Dorio haec cataloga conuenire uidetur Diapente in penultima et ultima

Hypodorio haec. In penultima Diapente in ultima Diapason uel contra

Mixolydio. In penultima Diatessaron ligata: in ultima Diapente (nam Diapason hic etiam ut in omnibus usurpari potest)

Lydio [[et Mixolydio]] Ditonus in penultima Diapason uel Diapente in ultima

Hypolydio Hexachordum maius in penultima in ultima Diapason

Phrygio In penultima Semiditonus in ultima Diapente uel Diapason

Hypophrygio in ultima Hexachordum minus in ultima Diapente potissimum

[Doni, Aduersaria Musica F, 29r; text: Syncataloga, Rhomboides, antithetica [antistropha ante corr.], 8, 15, Antiphonicae, Tautosymphona, Homosymphona, Decussata, [[khiastes]], [khiaste]]

[-<f.29v>-] Dissonantiae sunt sicut in oratione soloecismi

Interualla absona et harmonia inepta et modulatio inconcinna sicut barbarismo
 Synodiae isotonae apud antiquos in creberrimo usu fuisse uidentur Hinc pueris canentibus
 adhibebantur tibiae pueriles puellis puellares uiris perfectae
 Catalogae [[[dyadicae]]] diphthongae corr. supra lin.] quae ultimam et penultimam uocem in
 eadem habent chorda uocari possunt
 quae Diapente [[Distant]] uel Diatessaro distantem [distantes ante corr.]
 quae Tono uel Semitonio quae alijs interuallis
 Catalogae uero triphthongae quae omnes tres phthongos habent in eadem chorda quae
 omnes tres gradatim dispositos quae medium habent ab altero diapente ab altero
 diatessaron distantem. Mistae uero quae exempli gratia duos extremos habent
 unisonos tertium interuallo distantem
 Modus Hypodorius si in suo tono canatur id est diatessaron infra tonum choricum [[uidetur]]
 (quod non potest fieri nisi a uocibus grauissimis) uidetur magnificum et heroicum modum
 possidere. Si canatur in tono Dorij seu chorico elatus est sed minus: si uero tono inferius canitur
 exprimit potius horrorem et angustiam animi
 Pseudocataloga uidetur uocanda potius cadentia extra chordas proprias: cadentia impropria.
 Paracataloga uero uidetur esse cataloga cum dissonantia in penultima
 Codonismi: imitationes quaedam tintinnabulorum in chely uulgo campanelle
 Sanctus Landus chelonidem Hispanicam circa medium utrinque compressam peri [[po]] fecit
 cuius chordas lyrae uulgaris in modum circulo ferrentur
 Mandora. Chelonis Gallica. [[Mandora]] Mandora tiorbata. Chelonis Gallica cum Hyperhypatis
 Chitarra chelonis pentechorda
 Chjtarrino [chetarrino ante corr.] chelonis quadrichorda
 In chorda G sol re ut multi in chely addunt (un tastino)
 Cum in [[Ag]] proljxa [prolexa ante corr.] anagoge uel catagoge eius pars grauior uel acutior
 utitur notis duplo maioribus ut [Mv] altera duplo minoribus uocari potest ut

[Doni, Aduersaria Musica F, 29v; text: Semasia Relationem habens]

Uel ascendens utitur his [Mv] descendens [Mb] uel contra
 [-<f.30r>-] Obseruationes ad facienda mele decora et
 His modis errari potest in faciendis melis. in decore, in suauitate, in opportunitate, difficultate
 canendi
 Huiusmodi notulae in Rhythmo simplari minime laudantur. Item duae [A] [A] initio plausus
 minime laudantur.
 Netodi catalexis non solet fieri [[per]] Hyperbatis phthongis sed concinnis
 Cum Melos uersatur circa chordas hyperbatas uidetur non diu silere debere chordas intermedias
 Fortasse expediret ut [[notae]] [soni corr. supra lin.] qui [quae ante corr.] usurpantur initio meli
 [id est in primo Rhythmo add. supra lin.] repeterentur (uel certe eorum antiphoni [[cum]]
 simpliciter uel diminuti) initio octaui Rhythmi (in Plausu binario et pariter qui [[s]] usurpantur in
 secundo Rhythmo repetantur in nono. et cetera. Sed ut uarietur melos poterunt uariari [[uel]] per
 diminutiones uel certe repetendo tantum primum phthongum Rhythmi caeteros uero collocando
 ad libitum
 Maximum interuallum in Melodijs uidetur esse septima (nona enim est tamquam secunda)
 proinde sicut in pictura post nigrum non recte ponitur album ita post interuallum septimae non

recte sequetur [[interuall]] gradus toni uel semitonij nisi ad eum phthongum eatur qui septimam perficiat in octauam

[Doni, Aduersaria Musica F, 30r; text: Dorius, Aeolius, Iastius, Phrygius, Lydius, A, B, [sqb], C, D, E, F, G, [Omega], [Ypsilon], [Alpha], [Epsilon], [Eta], [Iota], [to], [te], [te], [ta], [signa]]

[-<f.30v>-] Tres sunt species [[Harmoniarum seu]] Sistematum siue [tou hermosmenou]

Simplex: Multiplex Supermultiplex seu Circulare

Secundus uocari etiam poterit complexum seu connexum

Simplex est quod totum continenter cantari potest siue sit Diatonicum siue Chromaticum siue Enharmonicum siue triplex

Multiplex est in quo omne Semitonium maius repetitur diuisum in Semitonium minus et Diesim minimam siue in Diesim maiorem et minorem

Supermultiplex seu circulare in quo omnes modi et genera sunt inserta omnes phthongi infra et supra habent omnes consonantias et in quo post certos circuitus mutationum [[toni]] tonicarum ad eosdem terminos reditur

Tale est illorum qui Diapason diuidunt in 31 dieses

Vel Systemata diuidi possunt in Simplex, Medium Compositum

Simplex (ut testatur alba) clauichordij uel Harpae [[d]] simplicis Duplex [[Medium]] in quo in singulis Diapason [[dt q]] uoces chromaticae adduntur: Triplex in quo praeterea Enarmonicae uoces adduntur

Medium est Systema Canonis chelys uel citharae uulgaris

